



Lipsiae
1620.

1. Blunelius, Laurentius: De p'edijussione.
2. Brauer a Perno, Johann Christophorus: De juris Notione.
3. Finckelthaus, Sigismundus: De consuetudine
4. Romanus, Franciscus: De citatione.

1624.

1. Finckelthaus, Sigismundus: De crimine laesae
majestatis humanae
2. Krappius, Hieronymus: De heretici substitutionibus.
3. Ritterus, Samuel: De dividuis et individuis
dandi
4. Schacher, Augustinus: De reconventione

1622.

1. Agricola, Johannes Laurentius: De fidei commissis familiae
relictis et in specie de jure majoratus.
2. Beckius, Bartholomaeus: De republica.
3. Cronbergk, Michael: De mandato in genere

1622

4. Curtius, Thomas: De traditionibus.
5. Schmueck, Vincentius: De jure et facti ignorantia
6. Schmuecius, Wilhelmus: De rei vindicatione
7. Schmueck, Wilhelmus: De usucapionibus sive longi temporis praescriptionibus.

1625.

1. Finckelshaus, Sigismundus: De inventaris heredis
2. Schmueck, Wilhelmus: De jure dotium
3. Schmuecius, Wilhelmus: De emphiteuse et venditione in rebus et maxime utiles quaestiones distributa
4. Schmuecius, Wilhelmus: De usufructu

1624

1. Schmuecius, Wilhelmus: De actionibus in genere.
2. Philo, Georgius: De successione ab intestato
3. Welschius, Casparus Michael: Practicae economicae syllabus

1625

1. Blunckius, Jacobus: De privilegiis pupillorum

1635-

2. Blumelius, Jacobus: De fructibus et eorum acquisitione.
3. Boehem, Johannes: De litis denunciacione.

10
4
5
6
7
10
4
1
1
2
3
1

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



12512.

NIZ ~~W. L. G.~~ Vol. II - Disp. 7. ~~16.~~

D. O. M. A.
DISPUTATIO JURIDICA

1620, 1

De
FIDEIUVSSIONE,

Quam

Consensu & auctoritate Magnifici Domini Ordinarium, Senioris, ceterorumque Juris Antecessorum, & Dd. in Illustri Lipsicâ

P R A E S I D E

Dn. **IACOBO BLVMELIO**

Lipfensi Phil. & U. J. D.

Publicè discutiendam exhibet

CHRISTIANUS OUTZENIUS

Hatterschleb. Hofsatus.

Ad diem 22. Decemb. hor. 7. & seqq. mat.

In Acroaterio Jctorum.



LIPSIÆ,

Excudebat **JUSTUS JANSONIUS Danus,**

Anno M. DC. XX.

1/2



Generosissimo, Strenuissimo, & Nobilissimo Domino,

**Dn. GERHARDO
RANZOVIO**

**Eq. Aurato & Regiæ Majestatis in Ducatibus
Schlesvici, Holsatiæ, Stormariæ, & Diethmarsæ &c.
Vicario, Præfecto sauff Haterschleben/ Domino Hæ-
reditario in Breitenberg & Linder-
witz/**

Nobilissimo item & strenuo Domino

Dn. WOLFGANGO BREIDE,

Nec non

*Amplissimo, Consultissimo & Excellentissimo
Viro*


**Dn. JOANNI SCHONBACHIO J.U.D.
& Regio in Ducatibus Confiliario
dignissimo.**

*Dominis Mecænatibus, patronis & pro-
motoribus suis perpetuo observantiæ cultu sub-
misse prosequendis, suspiciendis,*

Legale hoc exercitium

*In debite observantiæ, & gratitudinis significatio-
nem, sui commendationem favorisq; ulterio-
ris promerendi incitamen meritò consecrat
& inscribit*

Christianus Outzenius A. & R.



De
FIDEJUSSIONE.

I.

DE Fidejussione, quam cum magno Reip. malo exerceri angusta quorundam conscientia perperam fingit (a) disputaturi, initium merito facimus à definitione. (b)

(a) Quod sapiat naturam dilapidationis Covarr. lib. 3. resolut. c. 2. n. 6. Marant. disp. 6. n. 13. quæ ne agat radices in animis subditorum, sedulo cavendum est, quod in pingui subditorum fortuna Reipub. nervus consistat; quibus motus Bertazolius nihil æquè esse detrimentosum, ait, in tract. claus. instrum. claus. 39. n. 19. quàm pro aliis interponere suam fidem. (b) Proximum enim est scire id de quo disputatur, quod ex definitione constare planum est, Jul. in l. si is qui ducenta §. utrum. vers. animadver. tendum. ff. de reb. dub.

II.

Fidejussio itaq; quasi fide-jussio (c) est stipulatio (d) qua quis nomine alterius sed periculo

A 2

culo

culo suo promittendo (e) citra novationem (f)
obligatur in subsidium (g) ad debiti solutio-
nem. (h)

(c) Fidejubere nihil aliud est, quam quod à debi-
tore promissum est, fide suâ jubere *l. creditor. §. 1. ff. mandat.*
(d) aptissimum hoc genus fidejussionis est, *argum. l. 5. §.*
satis acceptio ff. de verb. oblig. (e) His verbis materia in-
nuitur: Debitori enim sive civiliter tantum, sive natura-
liter, sive civiliter & naturaliter simul obligato qui acce-
dit, nomine quidem ejus, sed periculo suo promittit,
argum. l. 1. §. sed aut proprio ff. de obligat. & actionib. Pomp. in l. 4.
ff. de solut. l. si ita stipulatus 97. §. possunt ff. de verb. oblig. l. si nova
singuli C. si certum pet. (f) Etiam enim fidejussor accedat
principalis obligationi *d. l. si non singuli*, non tamen illius
obligatio perimitur. *l. hi qui accessionis ff. de fidejuss. cum non*
intendat principalis, ut nova quasi obligatione intro-
ductâ duæ jam oriuntur l. 1. ff. de novat. (g) In his ver-
bis residet forma (h) hic finalis causa exprimitur. Pro-
pterea enim fidejussionis præstatio inventa est, ut de so-
lutione assecurentur creditores, quemadmodum con-
cordi calculo docetur *in §. 1. Instit. de fidejuss. §. ult. Instit. de*
Replie. Alciat. in l. ult. n. 13. ff. si cert. petat. Wesembec. in parat. ff. de
fidejuss. n. 4. Interim hinc videtur genus definitionis in legi-
bus non infrequens.

III.

Eaq; interponitur vel in causâ civili, vel
criminali. (i)

(i) Nam ex qualibet circumstantiâ novam fide-
jussio-

jussionis speciem comminisci præposterum omnino est
 quanquam alicubi ex effectu obligationis fidejussorum
 aliquot species deducere possis, ut sunt *Expromissor*, qui
 & vindex appellatur in *l. 12. tab.* ut pulchre commentatur
 Gæddæus in *l. quos nos hostes 234. §. locuples. ff. de verb. sign.* quan-
 quam nec abs re est dicere in legibus sæpè pro reo sumi
l. §. eleg. inter §. servus pactionis ff. de dol. mal. l. 9. §. omnis vers.
stve reo dato ff. de pignor. act. l. si verò ff. sed et si reum ff. solut. ma-
rim. l. 1. §. exceptione ff. quar. rer. act. non datur. Nostris au-
 tem vocatur *Ein selbstschuldiger*, *Constit. provinc. Elect. Aug.*
§. p. 2. Fidejussor item primus qui constituit alium *Dd. subal-*
ternum, vicarium & succedaneum dictum *l. quicumq. C. de fund.*
rei privat. lib. 11. c. 3. §. penult. ff. de administr. tutor. Nostris ap-
 pellant *Einra Bürgern.* Deniq; fidejussor indemnitas
Ein schadlos Bürger *Gail. lib. 2. observ. 27. n. 13.* Intereeden-
 do enim damnum avertere dicitur *Coler. de processib. execut.*
p. 1. c. 10. n. 35. Et si quæ sunt aliæ species, quas libri res esset
 hic congerere omnes. Differunt enim omnes à vero fi-
 dejussore multis nominibus quemadmodum tædiosa
 nimietate circa negotium se diffundunt legistæ.

IV.

Fidejubere non possunt, qui nec stipulari
 possunt. (k) Itaq; quidam natura fidejubere
 prohibentur, quidam lege: Natura prohiben-
 tur furiosi (l) mente capti (m) ebrii (n) surdi &
 muti (o) pupilli (p) minores 25. annis in curate-
 la constituti. (q)

A 3

(k) Co.

(k) Cognitâ in idoneitate personarum, simul etiam ex contrario liquidò constabit, in quem rectè conferri possit obligatio. *argument. l. 1. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt. & l. 1. §. stipul. ff. de prator. stipul.* Cæterum inhabilitatem illam personæ metimur ex stipulationis jure *Azo. ad rubr. C. de fidejuss. num. 4. Wesenbec. in paratit. eod. n. accersito argumento ab antecedenti ad consequens l. 3. §. 3. ff. de servit. rustic. pradior. l. 1. §. 1. de usufr. petit. Eberh. in Topic. à concess. anteced. ad concessionem consequentis num. 1. & seq. (l) Et ratio est, quia illi absentis loco sunt l. ubi non voce 124. §. 1. in fin. de R. J. l. 17. §. filiosfamiliâs ff. de injur. quia ipsis nulla voluntas est, l. furiosus 40. ff. de R. l. l. qui servum 47. ff. de acquirend. hered. quia nec sui sunt l. Fulcin. §. plane ff. quib. caus. in possess. eatur. Cæterum exaudiendum hoc de illis est, qui non habent dilucida furoris intervalla, neque in ullo conspectu inumbratæ quietis sunt, ut loquitur *Celsus in l. quod meo 18. ff. de acquirend. possess.* (m) Cum illi præ nimia temeritate, quâ laborant stultissimi sint, & furere quasi dicantur l. 3. ff. ad l. Falcid. l. reg. §. si quis jus ff. de jur. & fact. ignor. (n) subaudi qui ad ambas usque aures se indices ingurgitant, & gulæ ventrisque voluptatibus vivunt obnoxii nec mortuis *Gail. libr. 2. observat. 110. num. 23. vel furiosis Senec. lib. 12. Epist. 84. vel pueris sunt absimiles Borchol. in tr. de pact. c. 3. num. 14.* Planè si sobrii facti idipsum ratificaverint, aliud dicendum est, (o) non hîc balbos aut surdaestros intelligimus, sed qui omninò non fari vel exaudire possunt. *ex §. mutum Instit. de inut. stipul.* (p) neque enim naturaliter, neque civiliter illi obligantur sine curatorum autoritate, nisi quando quid dolo admiserint, aut locupletiores facti sint in eâ re, tunc enim in factum obli.*

obligantur, non jure directo, sed Divi Pii rescripto *l. im-*
puberes 12. ff. de author. tutor. l. pupillus 59. ff. de oblig. & action.

(q) argumento *l. de die 9. ff. qui satisd. coguntur.*

V.

Lege fidejubere vetantur prodigi (r) mu-
lieres (s) servi (t) damnati item ad mortem
(u) in metallum (x) & ad bestias (y) quibus
etiam annumeramus deportatos. (z)

(r) Furiosis enim hi non sunt ab similes §. *furiosi*
Institut. de inut. stipul. quamvis enim illi mentis ad omnia
rabie non vexentur, morum tamen depravatione labo-
rant, ut nec propria videant commoda. Unde est, quod
quæ furiosis & mente captis indulta sunt, pro prodigo
etiam æstimentur introducta, *Bald. in l. 2. C. de curat. furios.*
gloss. in l. qui cum alio ff. de R. I. (s) l. de die §. 1. ff. qui satisd.
cogant. l. 3. ff. de fidejuss. Idque adeo verum est, ut nec pro
tutoribus filiorum suorum indemnitate utiliter pro-
mittant, *Paul. 2. sent. ff. 11. & l. si mater §. si autem tutor. C. ad se-*
natus C. Velleian. si autem tutori secus est, *dict. l. si mater*
in fin. Itaque quod solverunt per conditionem inde-
biti repetunt. *lib. 8. §. 3. lib. 24. §. 2. ff. ad SC. Velleian.* quod
perpetuum & favorabile privilegium mulieribus est,
Dd. in l. quamvis §. interdum ff. ad SC. Velleian. Cæterum si
non solverunt, replicatione submovebunt actorem
l. ult. §. 2. ff. ad SC. Velleian. (t) illi enim de Jure Civili
nullius juris sunt, *l. 3. ff. de R. I. & mortuis comparantur*
l. 209. ff. de R. I. adeoque in ipsos nulla cadit obligatio l. 13.
ff. de

*ff. de verb. obl. nulla quoque datur actio l. 107. ff. d. R. 9. Non itaq; fidejudent nisi in causa peculii argum. l. 19. ff. h. t. (u) l. 12. l. 18. & seq. ff. de pæn. §. 3. l. quib. modis jus patr. potest. solv. (x) l. 17. ff. de pæn. (y) l. 14. in fin. de novat. l. 47. ff. h. t. Amittunt enim hi civitatem, & quæ juris civilis sunt, d. l. 12. l. 17. ff. de pæn. l. 3. §. 1. de interd. & releg. l. 1. §. his qui de legat. 3. quia itaque stipulatio juris civilis est, §. de constitut. J. de Action. l. 126. §. 2. l. 83. de verbor. oblig. l. 1. ff. locati. Certissimum est, ubi non stipulari, ibi nec fidejungere eos posse. *Græddaus de contrab. & committend. stipulat. c. 7. concl. 3.**

V I.

Omnibus omninò obligationibus accedunt fidejussores (a) sive ex contractu, vel quasi, (b) sive ex delicto (c) vel quasi (d) in tantum ut nec intersit, obligatio sit sola naturalis, vel civilis sola. (e)

(a) Sive illæ principales vel accessoriæ sunt, l. 1. l. Græco §. 1. ff. de fidejuss. Wesenb. in paratit. n. 4. ff. eod. tit. *Grædd. de contrab. & committ. stipul. c. 6. concl. 23. n. 351.* (b) Sic enim in act. negot. gest. fit access. l. 3. §. ult. cum l. seq. ff. de negot. gest. Hoc quoq; in tutelâ fit tot. tit. ff. de fidejuss. tutor. & curator. Idem est in judicio familia herciscund. l. h. heredit. §. item curator ff. famil. hercisc. In aditione ac petitione hereditatis non aliud est, tot. tit. ff. ult. legat. nomine caveatur. d. l. 3. §. ult. cum l. seq. ff. quib. ex caus. in possess. eatur. l. 4. §. si ex conventionem, vers. sed etsi ff. de sentent. & re jud. (c) l. Græcè §. sed si ex delicto ff. h. tit. Poenas enim inquit *Cajus l. si à Reo 20. §.*

70. §. quod vulgò ff. h. t. ob maleficia haberi magna ratio
suadet. Idque in iis delictis quæ tenent suos autho-
res, multa pecuniaria, non corporali, nisi pro quali-
tate personæ & magnitudine delicti aliter visum fuerit
prudentiæ judicis (d) quippe Ulpiano & cæteris
Juris non est insolens intelligere, quasi contractum
& delictum, cum pressè loquuntur *l. in princ. ff. de O. & A.*
Cajus in Instit. lib. 2. tit. 10. (e) *§. in omnibus §. de fide-
juss. Moller. in comment. ad constit. Elect. constit. 15. num. 59. p. 2.*
ubi tradit de Jure Saxon. pro muliere sine curatore
contrahente, adeoq; naturaliter tantum se obligante,
fidejussores intervenire posse, Et ratio inde accersitur,
quod pignus in utraque necatur *Cujac. ad Afric. tract.*
*7. mihi pag. 368. Schrad. in comm. ad l. unic. ff. de condiç. ex le-
ge num. 22.* Cæterum civilis obligationis nomine et-
iam veniunt Prætorix ædilitix ac Tribunitix *l. Gracè §.*
pro eo etiam ff. h. t.

VII.

*Id autem notabiliter introductum est,
quod non interponatur fides in causa dotis
constante matrimonio. (f)*

(f) Appositè ad hoc Imperator in *l. 1. & 2. C. ne
fidejuss. dot. dentur. Gædd. de contrah. stipulat. c. 7. concl. 23. n. 360.
& 361. Hotoman. in tract. de dote mihi pag. 106.* quippe ridicu-
lum esset, & res plena invidiæ, si mulier majorem fi-
dem haberet extraneo, quam cui se corpusq; *l. assiduis
C. qui potior in pign. hab. omniaq; sua commisit, l. hac C. de
pact. convent.* Quinimo pertimescendum est, ne inter
conjuges generetur causa perfidiæ vel ut *l. ult. in fin. C. de
furt.*

B

furt. dicitur inter ipsos qui nō benè secum vivunt, machinatio aliqua oriatur. Neq; enim facis quin alterius fidem secutus meam in dubium voces §. *fin.* *Inst. de Repl. l. 1. ff. de prætor. stipulat.* Quia itaq; præposterum est præferre lucrum concordia maritali *l. apprehend. C. de instit. aut substit.* quæ nec pretio æstimari vel inopia discuti debet, *arg. l. 2. & 3. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Cavendum itaq; fuerit, ne hoc satisfaciendi jure benè concordia matrimonia turbentur. Eaq; in tantum observare convenit, ut nec sponte fidejussorem det maritus, quod legi prohibitoria pænali & annullanti renunciare non liceat, quod nec Rubricæ generalitati fraus fieri debeat, quod supra adductæ constit. & rationes perpetuæ & res mali exempli sit *Grædd. de contrab. stipul. c. 6. concl. 23. Cujac. in paratit. Ne fideiuss. dot. dentur. Fachin. lib. controvers. 8. c. 76.*

VIII.

Forma fidejussionis stricto jure consistit in stipulatione (g) tametsi intrinseca hac solennitas censeatur intervenisse tantum ut scriptum sit fidejussum esse. (h)

(g) *Argumento l. 5. §. satis acceptio ff. de verb. oblig. l. si hereditatem l. 37. ibi præsens quis interrogatus respondeat ff. mandati l. 7. §. penult. ibi verb. oblig. expressum erat ff. de administrat. rer. ad civit. pertinent. l. blanditias C. de fidejuss. Unde consequitur non nisi inter præsentem fieri illum contractum prout communi calculo traditum est, à Mynsing. Schneidovv. Wesenbec. Borchol. Hartm. & aliis *Inst. de mutil. stipulat.* adeoque nec per scripturam *argum. sumpto**

sumpto à genere ad speciem, quod in iure validum est, dicente Eberhardo in *Topic. loc. à genere ad speciem*. Cæterum stricto, iure adeoq; Romano hæc dicimus obtinere. In moderno enim foro solennitas ista abiit in desuetudinem, idque non sine ratione: AEquè enim validæ sunt fideiussiones per epistolam contractæ ac si interrogatio præcedat, subsequente promissione. Quid? fortius cavetur creditori per scripturam sufficientibus cautelis beneficiorumque renunciationibus instructam quam si obsoletum illum stipulandi modum postliminio revoces, quinimò antiquata prorsus brevissima stipulandi formula nova illa eademque benè longa, quæ integram cutis bovinæ membranam capit, creditoribus, melius prospectum, debet esse persuasivissimum, quemadmodum eleganter hic ostendit Heringius in diligentissimo suo tractatu *h. t. c. ii. de forma fideiuss.* (h) *l. sciendum ff. de V. O. §. fin. J. h. t.*

IX.

Finis fideiussionis est, ut melius cautum sit creditoribus. (i)

(i) Elegans textus est in *l. i. §. sed aut proprio ff. de obl. & Act. Mynsing. num. s. J. h. t. Wesenb. in parat. num. 4. hoc tit.* Et quamquam potissimum debitori (cui aliàs non fuisset creditis) commodare fideiussionem putandum est, ex consequente tamen etiam tendit in commodum creditoris, quando & ipse de credito suo redditur securior, quippe qui satis accipit per fideiussores.

B 2

Inter

X.

Inter alios fidejussionis effectus hic precipuus est quod accessorem, ipsiusq; heredes (k) non secus ac principalem ari alieno obstringat.

(k) §. 2. *Instit. h. tit. l. 4. §. 1. ff. eod. l. 24 C. eod. l. 13. C. de contrab. & committend. stipul.* Hinc etiam veri fidejussores constituuntur *l. adversus 29. ff. de recept. l. 1. ff. h. t.* Neq; enim dubium est quin omnes omninò actiones in omnibus contractibus exiisdem provenientes ad hæredes & contra hæredes transmittantur, *l. 49. ff. de obl. & action. l. 143. l. 62. l. 59. de R. J. ff. ut action. ab hered. & contr.* Idque est quod J. C. ius Celsus in *l. 9. de probat.* tam hæredibus inquit nostris quam nobis ipsis cavemus, quinimò & sic habendum est, quod pacta in dubio sint realia *d. l. 13. C. de contrab. & committ. stipulat.* Prædicta obtinent etiam si nulla omninò hæredis facta sit mentio *d. l. 13.* Neque refert obligatio sit dandi vel faciendi vel mixta *l. veteris C. de contrab. & committ. stipulat. l. ex contrario de obl. & action.* Planè si factum fidejussoris non egrediatur aliud dicendum est secundum Dd. Nam si obligationi ex delicto accerserit, dubium non est non teneri hæredem si mortuus est, qui deliquit, *Mynsing. ad § 2. Instit. h. tit.* nisi fortè lis fuerit contestata ante rei mortem, & quæ sit poena inter creditorem & debitorem constiterit, quemadmodum eodem §. expendit *Mynsing.*

XI.

*Cæterum accessorem non extensive, neq;
in*

in plus, aut aliam rem (l) quam reus principalis obligatus est, obligari posse consentaneum est, licet intensivè (m) & fortius (n) possit.

(1) *l. Gracè 8. §. 1. §. illud commune est, & seqq. l. seq. l. si stipulatus es, l. seq. §. qui certo §. fidejussor accipi l. Marcellus 25. l. hi qui accessionis 34. neque ratio est in difficili, quod absurdum sit plus esse in accessorio quam in principali obligatione. Et elegans illa ratio est quam à fine petit Gæddæus de contrah. & committ. stipulat. concl. 25. c. 6. num. 33. quod nec scilicet de ejusmodi debito securior reddatur creditor, quam ante fuit, quippe quod non credidit creditor, & in quo debitoris fidem secutus nō est. Talis itaq; adjectio, quæ plus vel re vel conditione, vel loco, vel die adjicit (nam & loco & tempore plus petitur §. non solum autem Instit. de fidejuss.) penitus nulla & absurda est. (m) Pars enim pecuniæ & ipsa pars speciei debetur à principali, quam & accessor debere potest, non deficiente fine. (n) propter finem, ut melius sit cautum creditori. Neque enim melius ipsi caveretur, si non fortius astringeretur fidejussor, quàm principalis.*

XII.

Hic se offert difficilis questio, num mora & delictum rei principalis obligationem fidejussoris augeat, ut in usuris, vel id quod post-

B 3

ea ac-

ea accessit, vel interest, condemnatur, quod negamus, (o) nisi in omnem causam fidejussisset. (p)

(o) *l. fin. ff. de fidejussio. l. centum capua ff. de eo quod cert. loc. Hyppolit. de Marsil. in tractat. de fidejussio. n. 91. Et quanquam fidejussoris obligatio ante contracta perpetuatur, non tamen nova introducitur, quod sit stricti juris contractus, qui non patitur ultra id deberi quod nominatim comprehensum non est, (p) idque facit cum sententia Corasii qui negat fidejussorem obligari, siue sit bonæ fidei, siue arbitraria, siue stricta actio, nisi in omnem causam fidejussisset, vel expressè vel tacitè, nam ex negotii conditione & usu apparere, num in usuras, fructus, accessiones, ob moram debitoris provenientes teneantur, quod simplex promissio nequit ultra simplicem obligationem præsentem quidquam comprehendere, l. quidquid 99. l. si stipulatus 76. C. de contrah. & committ. stipulat.*

XIII.

Porro accessori nova constitutione indultum est, ut non possit conveniri priusquam sit excussus principalis debitor, (q) & quamquam in solidum obligatus possit tamen ex Epistola Divi Hadriani agere pro sua ratâ, si plures fuerint fidejussores (r) & tempore litis contestata solvendo. (s)

(q) Ne-

(q) Neque id injuriâ: quippe valde iniquum
erat, jus vetus ffistorum & C. quo post minimam
principalis morulam creditori liberum erat, fide-
jussorem interpellare *l. si mandavero §. interdum ff. man-
dati. Cajus in fragm. lib. 2. tit. 9. l. 2. ubi Donellus. l. non rectè
l. juri vestro l. liberum l. si alienum. l. sicut eligendi l. reos. l.
ult. C. hoc tit. Borcholt. de transact. c. 3.* Sinceri itaque
juris & æquitatis amans princeps Justinianus fide-
jussoribus adversus creditores concessit, ne conve-
nirentur priusquam in bona principalis, an in soli-
dum vel in partem creditori inde satisfieri posset, in-
quisitum esset, *Novell. 4. hoc tit. Mynsinger. cent. 1. obser-
vat. 15. Gædd. de contrah. & committ. stipul. cap. 9. concl. 5.
num. 95.* Cæterum beneficium illud non prodest fi-
dejussori nisi ante litem contestatam illud nomine
exceptionis opposuerit, ut expendit *Weseneb. §. si plu-
res §. hoc tit.* (r) & hoc privilegium favoris & justi-
tiæ plenum est. Quod enim olim fiebat, ut confi-
dejussores singuli in solidum convenirentur antè li-
tem contestatam, propter susceptam in se principa-
lis obligationem *l. 3. l. 5. l. liberum l. si alienum l. sicut eli-
gendi l. reos. C. hic vers. in plures Instit. eod. tit. id singulari
dexteritate ita temperavit, D. Hadrianus, ut quis-
que in solidum obligatus pro virili agere posset l.
ult. C. de Constitut. pecun. d. §. si plures l. inter fideiussores
26. cum l. sequ. & l. inter eos 51. ff. hoc tit. Gæddæus cap. 9.
concl. 5. decl. 2. num. 106. & 107.* Idque adeo verum
est, ut nec juramentum ipsi hac in parte nocere
possit, quemadmodum post *Dd.* valde astruit *Fa-
chin. libr. 3. controvers. jur. cap. 15. Gæddæus in d. tract.
cap. 5. conclus. 11. num. 162.* (s) *d. §. si plures Instit. hic,*
Planè

Planè si in initio contractus arriserit contrarium, aliud
dicendum. *l. si alienum l. inter eos s. in princ. ff. hic.*

XIV.

*Si fortè solidum solvere maluerit à credi-
tore actionibus sibi prius (t) cedi petat, (u)
quo à confidejssoribus solutum consequatur.*

(t) Post solutionem enim utpote omni pror-
sus extincta obligatione *l. Modestin. ff. de solut. quæ am-
plius reviviscere non potest l. qui vis §. aream ff. de solut.
adversus confidejssores regressum non habet l. cum
alter C. hic, Wesenbec. in paratit. ff. hic. Schneid. d. §. si plures
n. 24. §. eod. tit. Gædd. de contrah. vel committ. stipul. c. 9.
concl. 5. n. 120. & seq. quod obtinet, nisi cedendo ei jura
sua facilem & lubentem se præstiterit creditor, vel
eum in finem ipsi satisfecerit ut factâ solutione actio-
nes ei cederentur. (u) idque non verbotenus, sed
exhibendo instrumentum principalis debiti ad quod
teneretur creditor, si sibi solutum cupit; Neque enim,
priusquam cedat ei actiones suas, ad solutionem, ullo
modo cogere potest fidejssorem. Quinimò agen-
do repellitur, si fortè contingat ipsum cedere non pos-
se. Planè si juramento demonstraverit, perditum
esse illud instrumentum liberari ipsum verius est, si
modò generalem ei dederit Quitantiam, & actiones
suas ei cesserit, de quo adeundus est *Gail. lib. 2. observ. 39.
post etiam Hering. in tr. h. t. c. 27. p. 3. p. 618 n. 8.* Et minimè
putandum est otiosum esse illud cedendarum actio-
num beneficium, quippe sine quo à confidejssoribus
suis*

suis sibi nihil sperare habet. *l. cum alter C. hic Heig. in
quasi. jur. part. 1. quasi. 38. n. 1. 2. & 3. Gædd. d. c. 9. concl. 5. n. 115.*

XV.

Adversus principalem autem debito-
rem (x) actionibus sic cessis (y) post solutio-
nem (z) actionem mandati habet (a) vel ne-
gotiorum gestorum, (b) vel hypothecariam
utilem, sed non directam, adversus pigno-
rum possessores, quibus consequitur principale
debitum, damnum, etiam expensas, & in-
teresse.

(x) Quippè quod nemini officium suum damno-
sum esse debeat, *l. 7. ff. quemad. testam. aperiuntur l. si servus
61. quod veri ff. de furt. idq; in tantum ut nec publica mu-
nera cuiquam hac in parte debeant nocere l. videlicet ff.
ex quib. caus. major. Unde consequitur ex plena & æqua
juris ratione fidejussori ejusq; hæredibus. l. heredem 14.
ff. mandati contra principalem ejusq; hæredes l. heredi-
tarias ff. de reb. auct. iud. possid. actionē competere. (y) Cum
instrumentis principalis debiti, adeoq; omnibus qua-
litatibus usuris præteritis & futuris, hypothecis &
pignoribus Hering. in tract. de fidejuss. c. 27. de benefic. fid.
pag. 618. (z) quandoque etiam ante solutionem,
de quo videndus est Gail. lib. 2. observ. 29. n. 5. Coler. de pro-
cess. execut. part. 1. c. 10. n. 3. 18. cum seq. (a) *l. ex mandato
ff. mandati l. 4. in princip. ff. hic §. si quid à fidejuss. Schneid. n. 1.
& 2. Instit. hic. Et ratio est, quia fidejubendo proprium*
C nego-*

negotium non gerat, sed principalis debitoris l. 2. §. in
ea tantum in fin. ff. mandati. (b) puta pro absente l. ex
mandato §. 1. ff. mandati l. liberto 31. ff. de negot. gest. (c) l. man-
dati 14. C. b. t.

XVI.

Contraria quibus solvitur fidejussio sunt
potissimum solutio (d) novatio (e) delegatio
(f) acceptilatio, (g) & presentatio rei prin-
cipalis. (h)

(d) Quemadmodum, enim si ipse reus solverit
creditori æquè liberatur accessorium, ita ex contrario
si fidejussor solverit, & se & debitorem liberat, modò
solutio creditorem respiciat non fidejussorem cui ad-
huc ex mandato obstrictus est reus l. si fidejussor ff. de dolo l.
cum decem §. 1. ff. de solut. Neque enim refert utrum ipse
principalis vel accessor vel alius quispiam negotium
ipforum gerat, quod & extraneus quisq; liberare pos-
sit solvendo l. qui fide l. si is qui 50. ff. mandati l. 5. C. de solut.
(e) Idq; verum est, nisi in sequenti se obligaverit, l. no-
vacione ff. de novat. l. novacione C. hic. Et ratio inde accer-
situr quod novatio solutioni sit similis l. si rem 31. §. 1. ff. de
novat. (f) quia & delegans solvere dicitur l. 8. §. 3.
ff. ad SC. Velleian. l. qui libertinus §. si creditori ff. de opis libert.
(g) §. item per acceptilationem Inst. quib. mod. solvitur oblig.
(h) Idque est sive suapte sponte, sive opera fidejuf-
soris compareat in judicio, & fidejussor tantum ad li-
tem sit non in tota causa Wesenb. in paratit. hic ff. in fin.

Hic oportune coronidis loco adjicimus num

pro-

*promittens Rursum sistere reum liberetur pri-
mà presentatione, quod affirmamus.*

Præterquam quod quæstio sit stricti juris, non in-
telligitur, quasi post factam relaxationem bis debeat
præsentari, quod nostrum idioma wieder einstellen/ hoc
ipsum non patiatur, ut nihil hic sit opus urgere dictio-
nem Rursum quæ in duabus vicibus verificatur

*l. unic. C. ne liceat in un. eademq; causa. l.
veluti ff. de edend.*



C 2

Præstan-



Præstantissimo Domino Respondenti
sympatriotæ & amico suo.

IN tanto inquirens confessu ultroq; citroq;
Communicans quantum sponsio quemq;
liget

Rem studiis dignam facis; istis amplius orsis
Perge, tuis gratus civibus esse potes.


Jacob Breide Eq.
Holfat.

F I N I S.



X2615935

Kont



Vol. II - Disp. 7. ~~16.~~

M. A. 1620, 1
JURIDICA

SIONE,

Magnifici Domini Ordinis
Juris Antecessorum
Illustri Lipsicæ

DE
BLVMELIO
& U. J. D.

nam exhibet
OUTZENIUS
Hofatus.

or. 7. & seqq. mat.
Jctorum,



I Æ,
ANSONIUS Danus,
OC. XX.